

A 248  
VI.

Bocatius Joannes: Novus annus.  
Bértfa 1599. Szabó II. 286.

Kolozsvári volt ref. koll. RMK 107c.

10 11 114. 17  
NOVVS ANNVS.  
VOTA  
PRO FELICI IAM IN<sup>2</sup>  
gruentis 1599. anni au-  
spicio, conscripta


A D

Patronos, fautores & amicos:  
& dedicata

SPECTABILI  
ET MAGNIFICO, DOMI-  
NO, D. FRANCISCO DERSSFI,  
*Littero Baroni, Sac. Ces. Regieq; Malefatis  
Consiliario, et Pincernarum Reg. In  
Hung. Magistro, Comiti Co-  
nstatutus Siroi, C. c.*

PER

M. Ioannem Bocatium P. L.  
Ludirectorē Epperieſſ.



*Hab. Jacobinus Oru  
M. Valer. Boffi;  
Ludirector Baripjans  
outre le mōde amicis  
et auctor.*

B A R T P H A E.

imprimebat Iacobus Klös.

M. D. XCIX.

KOLOSVETI VOTE ZEL.  
Bocatius 1599.  
Bocatius 1599.  
Bocatius 1599.

SPECTABILIS ET MA-  
GNIFICE DOMINE, D. FRAN-  
CISCE DERSSFY, &c. Pa-  
trone Colendiss.




IC etiam Baro magne, nouus tibi  
riserit annus:  
Sic Domui fuerint prospera  
quæqué tuæ.  
Has, pro te iuxta votiuas, accipe strennas,  
Tuta patrocinio stet mea Musa tuo.  
Magna decent magnos, non res est parua Ca-  
moenas  
A magnis paruas numen habere Viris.

M. V.

deditiss.

seruus

M. Ioannes Bocatius  
P. L.



I. Timoth. II.

Ante omnia fiant deprecationes, obsecra-  
tiones, interpellationes, gratiarum actio-  
nes, pro omnibus hominibus: pro regibus &  
omnibus in eminentia constitutis: ut plas-  
cidam ac quietam vitam degamus.

OPTIO

pro

RODVLPHO  
II. IMPER. ROM. BO-  
hem. & Hung. Rege.

Magne Deus: nam sacra paro pro Cæsare vota,  
Promptior aure preceis & cominus accipe,  
longè

Optime Rex regum, cui Cæsar & omnia parent.

Da Pater, & votis largire, æterna potestas,  
Robur & incrementa pio sunt usq; RODVLPHO:

Gnauiter vt Martem felicibus urget armis,  
Hisq; animis porrò tam fortiter oppriuat hostem.

Ipsius auspicio (desiderat ora tot annis)

Pax redeat, crescant iterum huius ruderæ terræ.

Collapsas populis aras restauret, honoreis

Stent templis, redeant trita ad vestigia patrum.

Te propter, subolisq; tuæ, Pater optime, nomen,  
Principium est bello, te propter meta cruoris

A ii Deniq;

Demq; jn. nocturna Victoria teta Monarcham  
Excipiat, meritum Thrax regat Erinnys ad Orcū,  
O tandem illa dies miseris iam surgat Olympo.

## AD CHRISTVM

pro  
Austriacâ Domo.

CHRISTE, soli cœliq; potens, ter maxime  
Princeps,

Qui populis forteis Hectoras vſq; creas.

Qualiter Austriacâ de stirpe tot ordine fratres  
Nostra habet auspiciis Martia terra tuis.

Scilicet hinc Romana salus alterq; RODOLPHVS  
Per duo pro nobis fulmina bella gerit.

Cedere Romani victores, cedere Graij

Queis possent, si iam forsan in orbe forent.  
Tantum est, quū rigidis sera querere prælia  
Turcis,

Marte Tomitanos vincere nosse Getas.

Illis, vera Dei proles, Orbisq; Redemptor  
Vnica, Nestoreos da superesse dies.

Viuat Matthias, viuat Maxæmilianus,  
Diuīsim hocce triplex tres moderentur opus.

## PRO EADEM

ad

## S S S. TRINITATEM

distichon.

A Lma Trias, serua Trīa maxima Luminas  
mundo  
Austria quæ toti belligera vna dedit.

## PRO DYNASTIS CÆSA- rianis omnibus & singulis.

ET quia, tam vastum latè moderarier orbem,  
Est opus ingenio multo, adscitisq; ministris  
Dividuè Rex sceptrā gerit, partemq; laborum  
Fidorum augustè per corda triumphat Achatum,  
Quorum etiam arbitrio fiunt suffragia rerum:  
Sic treis præcipue prouincla clarat in Aulâ  
Cesaris, Imperio KVTA SCHIVS alter ab  
ipso,

PETAEVSQVE cygnus Collega, TIBVR  
TIVS ille

Quem de cœlorum regno benè nomen honestat:

Hos, inquam, atq; alios, Deus ô, Rex optimus  
cœli,

Spiritus illustreret tuus alma Numinis aurâ,  
Ut, quæ recta, animo cernant, quæ publica, current.

Sit Cæsar Salomon, sint illi corde Solones:  
Sit teres illorum Genius: contrâcta rotundis  
Mens, prudens: pia respiciant, quū fantur ad  
vnam.

Om̄q; suo tandem Domino seri astra coruscant.

A iij . RE-

# REVERENDISSIMO ET

Magnifico, Cordatissimoqué Viro, Domina  
STEPHANO MICATIO Episcopo  
Iassou. & Sac. Cæs. Regiæqué Maies-  
statis Consiliario, & Præs. Cam.  
Scep. Cassouiae, &c.

**F**RONTE fer explicita, quod ego te, maxime  
Præful,

Compellare ausim, nec notus, mascula virtus  
Hoc facit ad mundi tua totius excita parteis.  
Illa rapit cunctos, qui de te scribere certant  
Omnes, quotquot habet cœli sub fornice vateis,  
Nimirum heic clares, quid rerum gesseris arcem  
Intra illam, sollers tua quæ prudentia Turcas,  
Quamuis Marte catos, in retia traxit, ut Hector  
Vix ita Troianas fuerit vafer ipse per aras.

Ergò, mæte animos Heros, quem Cæsar honorat,  
Virtus auscultat: Laus ardet: Gloria sceptro  
Preficit Hungarico: tibi gratulor, optime Praeses,  
Muneris & Spartæ, tam nobilis: inclita celsæ  
Regna potestatis, feliceis Numina fasces  
Hos reddant meritos. Hoc votis exigo vates.

**D**a, DEVS, Antistes Cameræ Hunnidos audiat  
oris

Sospes in his, & magnanimum caput exserat annos  
Ultra Nestoreos: petat altum serus Olympum.  
Has fauco strennas Prorex tibi, magne ML  
CATI.

# GENERO SO ET EGRE-

Nobiliss. & Ampliss. Viro, ac Domino  
GEORGIO HOFFMANNO, Cæs.  
Consiliario in Cam. Scep.

**V**ir palmaris, honos & Pannonis inclita gens  
tis

Gloria, Cæsarei firma columna throni,  
Tempora quum nati redeunt infantia Christi,  
Alloquio & precibus quisq; vacare solet.  
Haud latet, & nostros, HOFFMANNNE ame-  
plissime, moreis

Non nescis: votis & prece grata damus.  
Hec præter claris nequeam quod plura patronis  
Reddere, reddo pius vota preceisq; meis,  
Si quisquam ex numero tamen est, cui debeo, certe  
Tu patronorum Lucifer ipse mihi es.

Curigitur te votiis intexere chartis  
Nolim ego, præsidium, dulce, decusq; meum §  
Sis Felix saluusq; tuis & Cæsaris aulæ  
Consilio egregias suffice Nestor opeis.  
Viue diu, imperium, te præstite, crescat in oris  
Hungaricis, quæ tu regia sceptra geris.

Pondera Carpathij grauiora cacumine montis,  
Scit tellus, humeris tota iacere tuis.  
Sed tamen omnipotens te fasce leuabit IESVS,  
Quem colis, ipse operæ pars erit vna tuæ.  
Et fors emeritum, multis fidumq; tot annis,  
Respiciet gratâ fronte Monarcha pius.

A iiiij Interca

Interea præclare tuis vir prospера rebus  
Sit Fortuna, tibi quod mea strenna vouet.  
FAC DEV S, HOFFMANNO domuiq; il-  
lius, vt annum  
Transigat hunc expers omnis ubiq; mali.

## GENEROSO ET EGRE- gio Viro, Domino NICOLAO ORLLE in Cam. Scep. Cæs. Consiliario.

**Q**uidnam, queso, precer, quoq; Cæsariane Se-  
nator,  
Heic tibi? iam reliquis dum suis exstat honos.  
O decus: ô fautor, longâ dignissime vitâ,  
Qui grandi fasceis in statione geris.  
Te Deus hōc oculis rursum clementibus anno  
Respiciet, nostri fons & origo boni.  
Ille tuis claros meritis largitur honoreis,  
Collegam Hoffmanni vult simul esse grauem.  
Ille idem claps te tempore rexit & auxit  
Iudicio, famâ, nomine, corde, Deus.  
OR L L E V M asseruit dominumq; domumq; p-  
tronus,  
Sors tibi quo niueis lætior iret equis.  
Ille velit porrò tibi suppeditare secundos  
Fortunæ semper mitior ipse dies.  
Profit ut inuidio prudentia vestra Monarchæ,  
Afflictus certam sentiat Hunius open.  
Celse Deus, ne sit moles onerosa laborum  
Tantorum, ORL LEO numine dexter ades,

AD GENEROSVM EGRE-  
gium & Opt. Virum. Dominum GEOR-  
GIVM CAPRONCIVM, Cæs.  
in Cam. Scep. Cassoui.  
Consiliarium.

**E**ST ne, CAPRONCI, aliquid, tibi quod, præ-  
clare, Calendis  
Imprecer? haud nostro carmine forsitan eges.  
Sors tua me anticipat, quod versibus opto, præiuit:  
Celsior es factus, robore, corde vales.  
Conscius es grauium, quas terra alit Hungara, rerū,  
Hinc magno passim clarus honore vires.  
EST ne, CAPRONCI, aliquid, tibi quod, præclare,  
Calendis  
Imprecer? haud nostro carmine forsitan eges.  
Inmō, Vir excellens, fautorq; colende, tueri  
Quād poscit sortem sœcula nemo suam:  
Valde opus est votis, precibus, ne Numen in iras  
Desinat, & nutus subtrahat inde suos.  
Ergo vale porrò felix cum coniuge, felix  
Cum paruis natis, cumq; decore nouo.  
Exordium hoc anni quoq; lēta exordia portet,  
Portet, & in longos te velit esse dies.

## VIRO NOBILIS. GENE-

& fortiss. Domino ERICO LASSO-  
TAE, Lustrat. Cæs. Magistro.

**M**Artie belligeras flos inter, ERICE, cohorteis,  
Cui grauis à magno Cæsare splendet honos.

A v Te, ges

Te, generose heros (nam poscit id ardua virtus)  
Ex torrem strennis non decet esse meis.  
Ergo ades, in nostras quoq; te deposco Camœnes,  
Si fatum hoc anno sospes habere velis.  
Optima surripiant te prauæ numina sorti,  
Sint desideriis prospера quæq; tuis.  
Vita tibi spiret prolixior: omnia felix  
Horrida pro nostrâ bella salute geras.  
Mars & Iuno tuis faueant dexterrima rebus,  
Quæ soror & coniunx, sit tibi blanda, Iouis.  
Martie belligeras flos inter, ERIC E, cohorteis,  
Ter salue, ter aue, terq; quaterq; Vale.

## OB GENEROS. EGREGI. & fortiss. heroem ac Dominum, LADIS- LAVM PETEV M, Exercitūs Cæs. in tractu Cass. Capit.

T' Eq; tuumq; genus pariter, cordatior heros,  
Solemni ad superos per traho voce polos.  
Cur quæris, L A D S L AE? tibiq; tuisq; sit anno  
Hoc bene, vos bonitas seruet amica DEI.  
Sors vos accipiat latissima, membra valete  
Omnia, Martis honos sitis & aura soli.  
Te duce præsertim, generose PETÆE, Monarcham  
Exhilarent nostrum lata tropheæ, precor.

## VIRO NOBILI, VIRTU- te & Doct. præstantiss. Clarissimoqué D. CAS- PARI FRANCO, in Cam. Scap. Cæs. Rat. Latin. Magistro. HENS

H Eus paucis, Erato, volo te, ad esdum.  
Has FRANCO cita perseras tabellas,  
Si non publica Cæsar is laborat:  
Si nil disputat æde calculantum.  
Quod solemnia pusio Mariæ  
Totum fecerit otium per orbem.  
Quare aut entha codicis beati  
Tractat scita: vel imprecatur annum  
Caris lætum animabus ipse versu.  
Quicquid sit, tamen audiet phaleucus,  
A me si modò dixeris profectos.  
Dic et voce vicariâ, per optet  
FRANCO Bocatius quod omne felix,  
Iam, primordia ubi capit vici sim  
Annus, fine reciprocus perempto.  
Dic quod poplite sessit et caduco  
Aras ante pius, preceisq; fundat  
FRANCI nomine plurimas, ut ipso  
Ipsiisq; domo, sit auspicatus  
Bono temporis huius in sequentis.  
Cum Iunone suâ, suisq; gnatis,  
Viuat sospes & inuidendus hosti.  
Hæc & cætera dic tuo patrono,  
Digno Nestoris ævo, amore digno  
Dei, Cæsar is, omnium bonorum  
Quotquot Lunaq; Solq; luce prendunt.

## PRO INCLYTO CASSO- uiensium præsidio.

AD

## AD

Christum Dei & Mariæ filium.

**A**udi, CHRISTE, preceis, audi, Rex optime regum,  
Orbis & Hungarici vere Patrone, meas.  
Pro, cernis Cangrena nimis quod Turcica porro  
Serpit, & ad nostras proximet vsq; plagas.  
Nunc Agriæ nobis fera postquam contudit arcem,  
Cernis, ut hos etiam semper anhelet agros.  
Martia CASSOVIAE trux bellua queritat  
urbem,  
Quâ captâ (heu) Turcis præda parata sumus.  
Hoc miseræ bonus extremum nisi gentis asylon  
Afferis, hospitium terra futura Getae est.  
Assere, CHRISTE homodie, tuis hanc laudibus  
urbem,  
Istius una salus vrbis & orbis erit.

## Gratiarum actio.

## AD DEVUM PATEREM.

Quod Hungariam anno præterito clementer defenderit.

**I**uste, potens, verax, æterne, benigne, salutis  
Semper inexhaustus fons & origo, Deus.  
O pater, æthereæ rex arcis, & autor, Olympus  
Terra Panomphæum quem quoq; tota tremit.  
Ab tibi debetur soli. Optime-maxime, nostrum  
Quod non perdiderint haecenus arma solum.

O pietas,

O pietas, bonitas indulgentissima: cuius  
Nos contra Schyticos protegit umbra Canis.  
Quæ iure exilio poterat multare scelestos,  
Vel dare Turcigenis membra voranda lupis.  
Viuimus, id præter spem, & suetis viuimus oris,  
Noxa meret quorum nil nisi longa necem.  
Quid reddo tibi, care Pater, Pater alme, quid ergo  
Reddo tibi, cuius munere cuncta sumus?  
Quia nulla venit meritis par gratia tantis,  
Laude tamen posthac te meliore feram.  
Iuste, potens, verax, æterne, benigne salutis  
Semper inexhaustus fons & origo, Deus.

Pro

M. D. XCIX.

Anni.

Bonâ aëris temperie, & annonæ copiâ.

**C**Ausa boni & rerum, magne Arbiter orbis Os-  
lympum  
Digeris imperio qui, Pater alte, tuo.  
Nec dubitamus Atlanta virum te prodere verum,  
Aethereum cuius brachia frangit onus.  
Te nigra præcipiente ruit, cum fluctibus Austri,  
Tempestas, madidum sueta rigare solum.  
Te poscente, vorat face Sol, quæcunq; per agros  
Rore & amore poli læta fuere prius.  
Te nisi dante, nihil sudore paratur in hortis,  
Gens, nisi tu reddas, rustica perdit opes.

Quæ

Quæ creduntur humi, suffocat plurimus imber,  
Si tua non pluuias temperet alma manus.  
Flebilia et viduo sint otia rura colonis,  
Aut cernant messeis Gargara plena suar:  
Tu facis, in nostros quum largè sufficiis usus,  
Ut fragile hoc miseris sustineatur opus.  
Care Pater, votis te rursum ardentibus oro,  
Suffice filiolis munera vesca tuis.  
Neu genitor lapidem gnato pro pane ministret,  
Neu pro piske anguem suppeditare solet.  
Non hic quod dignus, sed quod valde ille benignus.  
O pater, hoc anno tu quoq; pasce tuos.

Reipub.  
CASSOVIANÆ.

P Ergo, tuamq; prius, CASSOVIA nobilis,  
            urbem  
Ad superas votis carmine porto domos.  
Ante Deum cælo statuam tua Pergama supplex,  
    Ut tibi protractè sospes hic annus eat.  
Ut tandem tua pace grauis Res-publica crescat,  
    Crescat et in tuto ciuica membra regat.  
Patricios, orbis procereis, lectumq; senatum  
    Copulet unus amor, copulet una fides.  
Subdita corda regi sese patientur, amore  
    Iuris, et unianimeis tradita quisq; gerant.  
Omnis agat priuè, memor integratis, honesta,  
    Nemo creet dominis puncta molesta suis.

Summe

Summe Parentis, cæli qui respicis axe procellas,  
Quæ cupiunt nostram mergere ubiq; ratem.  
Terogo, protela quæcunq; timentur, et istos,  
    Ut bonus es custos, ipse tuere lareis.  
Auxilio præcurre tuo mala cuncta, nec Hostis  
    Dicat: Vbi vestræ iam Deus urbis habet?  
O Deus alme, faueq; soueq; quod Orbe reuersa  
    Oro per Nati sidera fausta tui.

AD LEVTSCHOVIANAM  
Ciuitatem.

T'vq; meis apta es numeris, LEVTSCHOVIA  
    præstans  
    Flore virum ac tecis, diues et alta situ.  
    Ut parcant aduersa tuis hoc ciuibus anno,  
        Expediam castas supplice voce preceis.  
    Te Deus, alma sui propter cunabula Nati,  
        Afferat, et contra protegat omne malum.  
    Duret amor, liget ipsa tuos Concordia ciucis,  
        Corda senatorum prospera sceptr'a gerant.  
    Curia sit felix, sit læta domestica virtus,  
        In multas florens vtraq; crescat opes.  
    Prime Scepusiaci flos orbis, et vnicq; muro  
        Magnificè structo ditior vmbro soli:  
    Salve et aue, tibi præstò mora Fortuna benigne  
        Rideat, et superum te bona seruet ope.  
    Austriadis tua nota satis reuerentia regnum  
        Erga Romani Cæsaris illa diu est.  
    Hinc tibi crescit honos, tua gloria notior Aule  
        Surgit et Hungaricis amplificatur agris. Flo-

Florida viue, valeq; precor, LEV TSCHOVIA,  
porrò  
Teregrat auspiciis qui regit astra suis.

## BARTPHANÆ Politiæ.

**A**D te iam venio festis, BARTPHANA,  
Camœnis.  
Parua, sed Aoniis vrbs habitata viris.  
Sol proprius vestros quoq; rursus anhelat ad agros,  
Cumq; suo domino Ianus & annus adest.  
Pro reliquis igitur dum colligo vota patronis,  
Nec tu flos regni prætereundus eris.  
Sed quid ego votis, quidnam precor? esse beatos  
Ex omni casu? sors ea nulla super.  
Dextra tamen chartis & fata benigna voveri  
Par est, hoc faxit, qui regit omne, Deus.  
Is bonitate suâ vos seruet, & antè pericla,  
Auertat vestris noxia quæq; plagis.  
Ille magistratum, prudentia corda senatus:  
Ille scholam, & templum, publica, priua regat.  
Quicquid honorificum, quicquid laudabile, curet  
Omnis, & oblectet Fasq; Piumq; status.  
Sint procul à vobis morbi, contagio, pestis,  
sitq; focis, aris sit quoq; longa salus.  
Nil rates optare potest felicius vrbi,  
Quam si Pandoram deuocet omne bonum.

AD

## AD DEVVM.

### PRO RE-PVBLICA Epperiessinâ.

PREcipue commendo tuis, Deus optime, Seruis  
EPPERIESSINOS, quæ mea Spars  
ta, lareis.  
Manda heic angelicas turmatim habitare cohorteis,  
Hostica ne contra vis superare queat.  
Nulla salus, muris quamvis turrita sit, vrbi,  
Ni simul æthereo robore firmet opus.  
Tu potes inualidos facilis defendere ciueis,  
Quos contra bello millia multa fremunt.  
Ergo meos dominos, duodenos ordine patreis,  
Ipse Senatorum cor animare velis.  
Nos vt præsidio sub eorum ducere vitam  
Poßimus, Mortis Martis & vsq; rudem.  
A cunctis populum prohibere memento periclis,  
Que rex aëreus sèpè creare solet.  
Ignis edax tectis parcat, campana nec ullis  
Occupet ancipiti pectora bruta metu.  
Dira lues exsul demigret in arua Getarum,  
Heic nulla infesta corpore sternat humi.  
Suffice clementer quod rerum postulat usus,  
Sit Codris, Iris sit quoq; lœta seges.  
Quisq; suas bene laxet opes pius incola, forte;  
Nulla domu capiat damna, nec vlla foris.

B

Crescat

Crescat honos urbis, serisq; nepotibus olim  
Progeniti æternos dent super Orbe dies.

IN  
CEBINIENSIVM  
Salutem.

**N**eu pietate minor, virtute nec ultima,  
quamuis  
Ultima sis numero, mœnibus atq; minor.  
**C**ebiniana meis quoq; tu Respublica sagitis  
Te commendari iam patiare Deo.  
En redière dies, quēis omnibus annua Christi  
Festa salutiferi sunt celebranda piis.  
Prospera lux nobis hoc protulit optima quondam,  
Quæ prece sollicita dantur ab axe poli.  
**T**ecum ego flecto genu votiuus Numine coram,  
Obvia sint rebus dextera quæq; tuis.  
**F**elicem ex animo tibi destino & imprecor annum  
Secum omne infelix auferat ille vetus.  
Sis muros intra sospes, sis sospes & extra,  
Purpuret ac ruri messis abunda ferat.  
**P**roueniant oris morisq; decora, sit esus,  
Conueniens usus sit simul, oro, tuis.  
**A**ura bona vestros regat indole recta laboreis,  
Temperet æstiuos Lunaq; Solq; dies.  
Nil prodest urbi se frangere & angere curis,  
Incrementa etiam nî ferat ipse DEVS.

IESVS:

**I**mmanuel fate rege **I** Pso stellantis Olymp  
Ex GenetricE tam En quoque casta virg. natE  
sumni & cœlesti Si am natū tempore Patri S  
Verbum, natvrae De Vs autor, Vitaq; fruct V  
sis etiam nobis S, opusio maxime, IESV S

AD MAGNIF. ET PRÆ-  
stantiss. Heroem, ac Dominum. D. SIG-  
ISMUNDVM FORGACZ,  
L. B. de Gymes.

**O** Randum est nobis, vos, Heros masculine,  
bellum  
Dum geritis, festas hinc ego torno preces.  
Et fors nil igitur pecco, fortissime Magnas,  
Te, paro quod. votis insinuare meis.  
**C**HRISTE, redonator cunctorum & origo bo-  
bonorum,  
His tribus aureis versibus, oro, tuas.  
Saluat & valeat SIGSMUNDVS, prima  
propago  
**F**ORGACIDVM, patriæ firma columnæ  
domus.  
Letæ illum cum Zodiaco Fortuna recenti  
Excipiat, fato prosperiore beet.

# MAGNIE. GENEROSISS

Nobilissimoqué Domino, Domi. MI-  
CHAELI FORGACZ, L. de  
Gymes B.

**C**VR tu, clare Baro, quoq; non stes hoccili  
bello,

FORGACII MICHAEL splendida gem  
ma chori?

Fallor? at haud fallor, Mars Pallas & ipsa tres  
centos,

Sospite te, Comites perdere mallet inops.  
Rara satu magnis Virtus heroa bis: armis

Artibus & Clariis, tu sed vtrāq; vir es.

Quare te Martis, te Palladis umbo tuetur,

Ne pessum hoc anno sed benè sospes eas.

Ipse etiam autorem vitæ, pro more, precabor,

Ritè tuos facilis proroget ipse dies.

Vt tua radices agat & sit notior Orbi,

Quâ vel iam flores, indole, clare Baro.

Pro

# SPECTABILI ET MAGNI-

fico Domino, D. STEPHANO

HUMANAO.

**M**Agne Comes solemne paro tibi rursus. vt ante,  
Carmen, ades votis, Hungara palma, nūs.  
Soliterum ambito redit orbe reciprocus, annus  
Propterea nobis definit esse vetus.

Definit

Definat esse tibi morbus: tibi definat esse,  
Si qua dies, Heros optimq; mœsta fuit.  
Omnia posco, aduersa tuos vertantur in hosteis.  
Tu virtute tuâ prospera fata meres.  
Viue decus procerum, patriæ sed viue, Deoq;  
Quod facis, ac tandem serus ad astra veni.

# EIVSDEM FILIIS DVLOBVS GENE- rosiss. Adolesc. D. WŁADISLAO, & D. VALENTINO.

**E**cquid adhuc vobis supero, palmaria quondam  
Inter discipulos lumina bina meos?  
Vos ego corde gero quasi sculptos, inclita proles,  
HVMMANAIACAE viua corona domūs.  
O animo WŁADSLAE meo dilecte: sacerdos  
Cuiq; VALENTINI nomen in æde dedit.  
Viuete, par magno iuuenum geniale parenti,  
Hec quoq; sint vestris tempora lata viis.

# Pro GENEROSISS. ET EGRE- gio Domino, D. MICHAELI KAT- TAI, & eiusdem domo.

**N**EC tua, Kattaïdum pars sanguinis inclite  
prisci,  
Heic fuerit nobis prætereunda salus.

B iii

His,

His, quæcunq; tuis sunt noxia, destruo votis,  
 Integra sit vestræ fabrica, quæso, domus.  
 Tu cum germanis, generosâ matre, tuâq;  
 Compare magnifica plurima secla vale.  
 Viue diu, flos Hungaricæ telluris: in orâ  
 Te nemo ore decus plus variare potest.  
 Aemula quum veteris Romæuè recentis hōhestat  
 Te vox, mirè Italos Pannonas atq; capis.  
 Teutonas immò capis, te interprèt̄ Maximilianus.  
 In magno fecit verba diserta choro.  
 Tu Graias, Latiasq; tenes voceisq; Polonas,  
 Ninc tibi Rex Stephanus fuit & ipse grauis.  
 Vilie diu, flos Hungaricæ telluris, in æuum  
 Omne canent laudeis patria rura tuas.

Ad Mœcenatem  
**GENEROSISS. ET EGRE-**  
 Nobilissimumquē Dominum, Dom.  
**CHRISTOPHORVM DAR-**  
 HOLTZ, de Fynthâ, &c.

**Q** Valia Mœcenas, tibi Xenia de super ore!  
 Quæ mea sint votis congrua vota tuis?  
 Ab déamande Patrone, scio, quâ parte beatus  
 Esse velis, dicam? membra valere cupis.  
 Næ te felicem, næ te sat opinor in oris  
 His satis augustum, nobilitare decus.  
 Dum modò te missum faciat lectica, tenaci  
 Trux morbo, & medicis fors rediuiua viris.

O Hy-

O Hygèia saue, saue ô Hygèia, nec anno  
 Hoc Mœcenati sis ita dura meo,  
 Annus terga dedit, melior nouiore meatu  
 Prodit, & huic Domino det sua terga vetus.  
 Hos decet esse domi, quos facta heroa décorant  
 Nulla foris, morbos fataq; dura merent.  
 Claræ per Hungarides est nota **D A R H O L C I A**  
 Cara nouem Musis, cara, Gradiue, tibi. (Virtus,  
 Mentis ut est celsæ, sic robore polleat anno  
 Isto Mœcenas unicus ille meus.  
 Versiculis cantabo meis te, Diua, salutis  
 Larga, Hygèia saue, ô Hygèia saue.

**GENEROSO ET EGRE-**  
 gio D. NICOLAO BORNEMIS-  
 SAE, Fautorि de me optimè merenti.

**S**i quantum ex animo, Fautor generose, poëta  
 Opto, seras, felix te magè nullus erit.  
 Sospes eris membris, ac toto corpore sospes,  
 Sospes eris planè porrò domi atq; foris.  
 Et scio, sospes eris, quicunq; benigna Poëta  
 Præstat, is & felix sospes & esse solet.  
 Viue igitur caput & fautorum ô summa meorum,  
 Indulge Musis post quoq; tecta meis.  
 Crede mihi, damno tibi non erit, heice quòd ædes  
 Ad tempus rates incolo fortè tuas.  
 Crede mihi, tibi propterea summi autor Olympi  
 Post has æthereo seruat in axe domos.

ARA  
pro  
GENEROSISSIMIS, EG.  
& Nobilissimis Viris, ac Dominis, D.  
FRANCISCO, ANDREA, &  
SIGISMUNDO, MARI-  
ASSIANIS.

**N**obilis flos & decus aestimandum,  
No Trias fratrum bona Marte & arte,  
Sanguinis prisci, MARIASSIANAE  
Gloria stirpis.

Lora dat Sol omnituens vicissim  
Mitior nostris remeando terris,  
Annus affert principium nouatus

Munere Phœbi.

Strennulas quando adsolet intimorum  
Mittere amicus monumenta amicis,  
Ergo quid vobis ego mitto? simplex

Carmine votum.

Arbiter vitæ tueatur Aulam  
Per suos vestram bonus hōc ministros  
Anno, & hinc plurima secla contra

Dæmonis astum.

Gloriae viuacis honore stirpem  
Differat seros genus ad nepoteis,  
Semper Heros MARIASSIANIS  
Iuno ministret.

VIRO

VIRO GENE. EGREGIO,  
& Nobiliss. D. IOANNI BERTO-  
TI, Vicecomiti Sedis Sârois.

**F**ersne, quod altrici prece sic, BERTOTI  
IOANNES,  
Filioli cunas sisteris ante Dei?  
Ne prohibe, tibi, si pateris, ridebit hic annus,  
Inter feliceis tu simul unus eris.  
Hoc tua promittit virtus Pietasq; rogari  
Vult tamen æternus, dans bona cuncta, Deus.

AD GENEROSAM ET  
Egreg. BERSOVICIA-  
NAM domum.

**S**Alve gentis honos, BERSOVICENIA  
propages,  
Cuius ab antiquâ scandit origo domo.  
Salve & ave maior generose minorqué IOAN-  
NES,

Sint anno hoc vobis prospera quæsq; precor.  
Salve, cumq; tuis longum vale, quæso GEORGI,  
Tu simul ANDREA, salve, ave & vsq; vale.  
Salve o HIEREMIA, STEPHANE, ac  
HENRICE, synopsi  
Hâcce breui vobis stamina longa precor.  
Viuite, quod facitis, concordes, viuite fratres,  
Sic annus vestram prospiceret iste domum.

B V GE-

# GENEROSO NEC NON

Egreg. D. PAVLO SEBESSI,  
domuiqué ipsius.

**T**'v quoq; PAVLE SEBESSI, senex qui vesceris aurâ,

Vt vescare diu post, tibi nonne precer?  
Vel solâ pietate meres, indulcat annos  
Quò tibi nos propter natus in orbe puer.  
Me tibi post sufficiat in corpore vires,  
Vt tua sint Pylij fata diurna senis.

# VIRO NOBILI ET GEN.

D. FRANCISCO ROVOZIO

Not. Sed. Sâross.

**Q** VIM usas, FRANCISCE, mem quoq; feruidus ardes,  
An meritò, ignorant, Anno etiam hocce vale.  
Sorte vale, membrisq; vale, vale cuncta, ROVOZI,  
Vt possis, pro te iam simul oro Deum.

# CEN. ET EGREG. VIRO,

D. MICHAELI KELEMESSIO.

**F** LOS KELEMESSIACAE stirpis generose,  
MICHAEL,

Visne meâ superis notior esse prece?  
Visne tuis voulam quid satis? orbe peregit.  
Sol iter, & nostros purior intrat agros.  
Manè sub hoc anni, face splendidiore, quid optem  
Ergo tibi queris & te quid habere iuuat.

O Ode

**O** Oculos aurora tibi noua surgat, vt orbem  
Orbibus hunc possis cernere, vt antè. tuis.  
Hoc faxit lumen vero de lumine Christus,  
Detq; diu possis hac bene luce frui.

# Domui GENE. ET EGREGIÆ CAPYANORVM.

**A**NDREA, senior Patrone stirpis,  
Et vos lumina clara, tu IOANNES,  
SIGISMUNDUSQUE tu meis Camœnis  
Fauoris, vos reliqui optimi q; fratres,  
Gentis CAPYACAE decus, valete,  
Hoc inquam, benè post valete fratres.  
Annus sit nouus ista vox, Valete.

# VIRO NOBILISS. ET AM-

pliss. D. IOANNI CRAVSIO,  
Prouis. XIII. in Scep. Oppid.

**C**RAVSI, vides, vt quisq; pium melos  
Caris amicis vota per occinat,  
Vt transigant post secla longa,  
Vt bene porrò superstites sint.  
Mos hic pius, mos Christicolas decens,  
Ad posteros debet simul ultimos  
Iam porrigi, quod per Camœnæ  
Non dubito facere hasce partas.

Et

Et quūm fauoris sint proba me tui  
Erga tot argumenta, Vir optime,  
Ante te meis exesse votis,  
Par foret, optime Iane Craufis:  
Quo iure, quo, quæso, merito foret?  
Ergo fer, hoc te stare virūm choro,  
Ob quos & altos scando cœli  
Supplice voce polos, precando  
Illiis ut annus sospes hic adferat  
Largè omne lœtum, dulce, quod & tibi  
Hic opto paucis, at profectis  
Ex animo, vir Amice, verbis.

NOBI. ET EGREG. VIRO  
D. DAVIDI MOES, Cæs. in  
Cam. Scep. Regist.

SED quodnam votum (stat enim sententia)  
MOESI,  
Sed quodnam pro te fecero, quæso refer.  
Si quid in accepti tibi forsitan cœlitus orem,  
Me nolis taleis fundere iure preces.  
Opto, fauore recens te complectatur hic annus  
Vsq; suo, domui Sors sit amica tua.  
Opto, reuoluatur, te viuo & sospite, Titan  
Sæpius, & blandis iam tibi currat equis.  
Opto, tuum nomen, tua laus, tua gloria crescat,  
Opto, quod optatis sit quoq; dulce tuis.

VIRO

VIRO NOB. EGREG. ET

Doctiss. D. IOANNI THEBE-  
SIO Cæs. à Rat. Lat. in  
Cass. Scep.

V Iris grata bonis, optime calculis  
Censor, Cæsarei quā reditus choi,  
Ecquid, Iane Thebeli, prece te simul  
Commendo superis meā  
Ut te lœta Salus, almaq; Faustitas  
Anno hoc prosperet & longius à malis  
Te Sors protrahat, ac annuat omnibus  
Votis, quēis superes, tuis.  
Sanè Sol melior iam tibi luceat,  
Sint, quæ promoueant teq; tuasq; spes,  
Sis mactusq; bona sorte, vale integro  
Robur corpore floridum.

Hæc certè ex animo nî faueo tuis  
(Quūm nos mens deceat candida) commodis,  
Me non differat ipsum mea longius,  
Sed filsum secet Atropos.

VIRO GENER. ET EGRE.

D. STEPHANO PEREGIO,

Cæs. in Cam. Scep. Ration.

Fratrī meo iurato.

N IL est, obiiciam, cur te, mi care PEREGI,  
Præteream, reliquos quūm prece fisto Deo.

Tu

Tu cum BRECHTELIO mihi par es amabile  
fratris

More, merè vobis quippe duobus amor.  
Ergò tuus candor meret omnia fausta precatu.  
Sis igitur felix tuq; domusq; tua.  
Hæc tibi festa dies, annusq; sit iste beatus,  
Ut possis fato prospere frui.  
Vtere sorte bona, te Cæsar & ardua virtus  
Semper honorificis claret in orbe choris.

## NOBIL. ET EXCELLE.

Clarissimoqué Viro, D. EZECHIE-  
LI PIPERELLO, Med. Doct.  
& Practico in Hung.

Princeps Medentum, quotquot ad Hungarana  
Phœbus salutem consecrat, vnice,  
Quidnam tibi precer rogatis?  
Destino quando aliis nouum Annunt.  
Es ipsa Hygeia, & corporis es rudit  
Aegroti, es ipsius suboles Dei,  
Quem quilibet sciens adorat  
Artis Apollineæ parentem.  
Morbos tremis nil, tabida quum Lues  
Flexo caput te poplite palleat,  
Quum se tibi lubens amicet  
Lictor atrox nimis ille Auerni.  
Quidnam ergò quidnam te iuuet, inclite  
Doctor & scio quidnam tibi caluisse

Poscam:

Poscam: manus medendo certas  
Pellere queis bene tetra possis.  
Nomen per omneis Hungaridum viros  
Per posteros seros, per & ultimos  
Semper decus feras nepoteis,  
Hoc, PEPERELLE, tibi sacramus.

## VIRO EXCELLE. CLA- rissimoqué, D. IOANNI SCHIR- MERO, Med. D. Cassouiae.

Nec tu, splendor Apollinis,  
Hinc, SCHIRMERE, precatu *sine carmine*  
Dimittere meo pedi,  
Quem votiuus ego torno poëticis,  
Pro fautoribus & meis,  
Quos heic mi Deus & sors dedit, *intimis*.  
Nam te cernimus indigum  
Rursus coniugis esse alterius, prior  
Quum te morte reliquerit.  
Absq; almâ nimium compare sustimes  
Deserdum viduus torum.  
Non est, perpetuus secula sic tua.  
Anno hoc cum renoua nouo  
Nunc tandem, tibi cedant superi piam  
Ut Nympham, voueo lubens,  
Quæ te rursum hilaret Cypride flammula.

PRO

PRO  
NOBILI ET EGREGIO  
D. GEORGIO SZABO, de  
Göntz, C. Cassou.

I AM pridem, nostris, SZABO, fautor amas  
te, Camœnis,  
Quæ tibi me strennas vota dicare decet?  
Larga prius concessit opeis tibi dextra Parentis,  
Ista tuo risit Iuno secunda toxo.  
Inter honoratos tam clarâ luce coruscas:  
vt te vix alter clareat vrbè magis.  
Te regni proceres, DARHOLCIUS atq;  
PETÆVS,

Teq; alij innumeri, splendida corda, flagrant.  
Vna tibi, post sacra tamen, res deesse videtur,  
Omnia quæ superat delitiosa soli.  
Corporis alma salus, fuluo pretiosior auro,  
Hâcce boni mundus nil melioris habet.  
Mittat vt ergò tuos trux Morbia & occupet artus  
illorum, stamen queis Libitina fecet.  
Tu benè de Musis, benè de virtute merendo,  
Hoc superes anno, fautor amande, precor.

AD EGREGIVM ET PRV-  
dentiss. Virum, D. STEPHANVM  
HERCZEG, Incl. Cassou.  
Reipub. Senat.

P AR est, hoc etiam tu conspiciare libello,  
HERCZEGI, sancte pure Themistos amor.  
Dignus

Dignus es annorum serie, vir candide, dignus  
Es vel Nestoreos viuere in orbe dies.  
Curia testis erit mihi vestra, quod ardua rerum  
Sollerti in melius pro ratione putas.  
Publica quod cures patriæ pater optimus, vrbis  
Gloriam inoffensâ te probitate geras.  
Quod pius & virtutis amans pro ciue Senator  
Omne tuo peragas doctus & ore grauis.  
Ergò tibi meritò feliceis hisce meatūs  
Anni versiculis opto recentis iter.  
Vir pie, circumspicte, Dei solemnia nati  
Festa tibi redeant sœpius, oro, VALE.

VIRO DOCTISS. PRV-  
dentiss. & Opt. Dom. MICHAELI  
WIRTHI Coss. vel Iudici, Notarios  
qué Reipub. Epperieiss.

I VDEX optime ciuitatis huius,  
WIRTHI, gloria ciuitatis huius.  
Cur te non quoq; vt anteā, secundis  
Hoc anno voueam, Patrone, fatis?  
Scio, me quod ames, amem quod ipse  
Te rursus dominum meum colendum.  
O scirem, tibi quid velis rogari,  
Id non desinerem tibi rogare.  
Visne viuere? visne sanus esse?  
Viuas, sanus & esto, mi Patrone,  
Hoc & filiolis tuis, tuaq;  
Opto Dorothæ, vale Patrone.

NOBI. PRÆST. ET CON.  
fultiss. Viro, D. SEBALDO ART.  
NERO, Trib. P. & Not.  
Iur. Cass.

**A**RTNERE, plebis ardor  
o Cassouiacæ, gregis magister,  
Assertor aureæ Themistos,  
Et decus disertum.

Quando reuorsionem  
Iam rursus faciant, vt annuatim,  
Nati absq; patre Fusionis  
Sacra festa Christi.

Sat scis, amici amicis  
Paßim vt missiculent sibi recentis  
Anni, hoc & orbe, faustitateis  
Prece largâ honesti.

Quare noui nil patro.  
Pro te fecero vota, mi SEBALDE,  
Nimirum vt superi tuis diebus  
Numeros seneis &

Addant dies, sed addant,  
Iam tu qualibus es, SEBALDE, dignus  
Qualeis rogas? beatioreis  
Tibi cum Rosina,

Cum matre, cumq; toto  
Dilecto grege prospex hic ~~anno~~

ARTNERE, viue, viue soſſes,  
Sime forte moſta.

DOCTO,

DOCTO, PRUDENT. ET  
Opt. Viro, Domino MARTINO  
BRECHTELIO C. & ~~me-~~ vi-  
ro Cass. Vet. & Int. Amico.

**O**MNI Mihi præcipuos, o fidos inter amicos  
Vnive, Brechteli, Lucifer, omnis amor.  
Leius ades, mecum ante Dei cunabula Nati  
Procide, corsorteis iungere tento preces.  
Teq; tuosq; lubens Puerto commendo Tonantis,  
Qui nostra est hodie factus in orbe salus.  
Is tibi sit facilis, tibi multos proroget annos,  
Is tibi det, quorum vita carere nequit.  
Is tibi det vireis, is corporis omnia membra  
Colliget articulis integra ubiq; suis.  
Is tibi det largos reditūs, sortemq; benignam,  
Is tibi det, quicquid præstat habere pios.

VIRO E GREGIO ET NO-  
bil. Domino STEPHANO DE-  
BRECINO, Cæf. Tric.  
Epperiess.

**N**EC DEBRECINE, meis tu negligere his  
quoq; chartis,  
Opto, tibi felix hic nouus annus eat.  
Viueret te tua sata finant, sed viuere sanum,  
Nil sano melius corpore hic orbis habet.  
Opto si nul' queſtus regno & commercia crescant,  
Cæfatis officio crescat vt uult tuo.

NO

NOBILI ET EGR. OPTI-  
moqué Viro, D. IOANNI CEB-  
NERO, Cæs. Bartphæ Tricels.

Fer, CEBNERE, meo tuum libello  
Hoc exstare pium bonumq; nomen.  
Nam te vult superesse, at esse serum,  
Autor, fautor amande, care Musis.  
Anno scilicet hoc & inde multis,  
Immò Nestoreis, vir optime, anni,  
Te vult esse super, sed esse serum,  
Autor, Bocatius tibi dicatus.

REVERENDO ATQVE  
Doctissimo Viro, D. SEVERINO  
SCVLTETO, P. Bartph.  
Affini meo.

A ffinis, SEVERINE scis, opinor,  
Cur iam, Zodiaci nouare flexum  
Dum Sol incipit, annus auspiciatur  
Imi volvere de novo Calendas,  
Hec votua meis canam patronis  
Charis Xenia, scilicet quod ipsos  
Vos Mystra quoq; ad ampler sacerdo-  
Phæbi. Vos piis pro salute nostri  
Vota concipitis, salute contra  
Pro restra canimus. Sed oculi  
Imprecer tibi voce frigulat  
Antiquum obtruncat Lexus, Falco

vis? desiderium tuum ratum sit.  
Tuis viue diu Deoq; viue.

PRO  
THOMA THYMÆO, RE-  
verendo Doctissimoqué Viro, P. Casso.  
Patre meo Iur. colendiss.

O Non ultime Apostolūm honorum,  
Patris nomine, mi colende THOMA,  
Dicte ab æthereo thymo THYMÆS,  
Haud te præterco, nouum Puellæ  
Quando filiolum decenter oro  
Pro fautoribus & meis Patronis,  
Illi annus ut iste sit benignus.

Hoc iuxta tibi, mi THYMÆE THOMA,  
Hoc iuxta tibi destino tuisq;  
Faxit, quod rogo, fons boni, Redemptor,  
Noster faxit id, inquit, Redemptor,  
Vobis annus ut iste sit benignus.

AD  
VIR. AC THEOL. OPT.  
Reuerend. ac Doctiss. D. MARTI-  
NUM STVRMIUM Leut-  
schou. Conc.

MARTINE STVRMI, Rhetorum adores,  
Sed Mystræcigi nobilis ordinis,

Quum sesitas Christi cathedra,  
Voce tonas sacra scita acuta.  
Has pauculas pro-tempore voculas,  
Pro te ad Deum susas preculas, cape,  
Comiso quas caris, amicis  
Sospes ut iste recens sit annus.  
Sors desinat, si cordolio tibi  
Iors hactenus, fausto minus alite,  
Acris fuit, iam latior te  
Sospitet, oro, rudem malorum  
Lugendus & plorabilis inuido  
Tias choro, cantandus amiculus,  
Quod sorte fies dexteram,  
Si valeas, habeas beatam.

REVERENDO ATQUE  
Doctissimo Viro, D. EZECHIELI  
HEBSACCERO P. Epper.

E STne opus, HEBSACCERE, meis tibi carmine  
ne rotis.  
Quando Sacerdoteis audiat ante Deus?  
Est opus, HEBSACCERE, meis tibi carmine rotis,  
Quippe sacerdotis nomen & ipse gero.  
Sis pro me supplex, ego pro te, quando Sacerdos  
Ille vellet tibi nos variare vices.  
Tu mibi quidnam opus? tibi ego est te, secundus felix  
Post, cum dilectus puto a nimbus agri.

M. GEORGIO TRÖSTE-  
RO, VIRO, REV. ET THEOL.  
Dissertil. P. Cibin.

N IL, Tröstere, patro mali poeta,  
Forsan, te quoq; quod piis Phaleucis  
Assumo inter eos, quibus reuersum  
Natalem Domini i præcor beatum.  
Sic meres, Libitina te tuosq;  
Hoc trux prætereat, precamur, anno.  
Exi sospes & hunc & inde plureis.  
Disertissime doctor, osq; Christi,  
Sit solemniter hoc tibi dicatum.

REV. DOCTISSIMO QVE  
Viro D. GEORGIO FLORIANO,  
P. Sarof.

Q UAM sis, vir reverende, FLORIANVS,  
Quam sis, inquit, & ante FLORIANVS,  
Doctrinam bene floreas, sacerdos  
Iadro Rhetore floreas disertus,  
In magno robore floreas, GEORGI  
FLORIANE, quid est, tibi quod optem?  
GEORGI tibi FLORIANE ratos  
Gutta pessi quoq; floreas iisdem,  
In magis magis atq; flore crescas,  
Tunc abere colligare fructu  
mellori meliore salce Christi.

DOM. IOANNI FABRI.  
cio, Epperie. Reuer. Viro,  
Doctiss & cord.  
Theol.

**N**ON possem hanc, FABRICI, expiere  
noxam,  
Hic si clam te ego præterirem amicum.  
Quare dono tibi recentis anni  
Loco, consule quos boni, Pbaleucos,  
Lætis & facta hilaris tibi precanteis.  
Pro te & pulet alter, alter intra  
Se podagræcæ bella & arma morbi  
Calculi ma'è sentiat, quis ille?  
Hoc dicam: Agriacus sit ille Bassa.

Presbytero  
KIS SILVAN O DEMELTA.  
noquæ Vigilantiss. Doctiss. &  
Opt. Viro, D. Ioanni  
Balogo.

**T**Emporis es gnarus morisq; BALOGHE,  
sodalitie  
Prime chori, decus o' amicorum  
Annus abit uetus, annus adit uetus, optime IANE  
Quid precer aut rouscam tibi deuotum,

optime IANÆ, stilo te Nestoris erige serò,  
Incipe viuere, IANE sospes annos.  
In versuſ cordata pios, & dogmatiſ enthei  
Gloria, idem tibi, idem tuis hoc  
Sacro, tui decreta ſicut proſperrima Fati,  
O decus, o anime meæ flos.

VIRO GENER. NOBILISS.  
& Consultiss. D. PETRO  
MELCERO Sen.  
Epperieſs.

**E**t pro te facio, MELCERE, facio rota,  
placebunt  
Sed tibi ſors noſtro carmine nulli rugis:  
Quim ſi Diua tuis prece mollior artibus illa  
Corpoſe mortipotens ſana ſauere velit.  
Credo nec Attalicas ita poſcis opeſuē dipeſuē,  
Quoniam validum membris robur habere tuis.  
Sanè igitur ſeruere, precor, dilectaq; compar,  
Anno cum veteri cefſet & ægra lues.  
Attenuent alios hac morbida fati, Cheronis  
Iam pridem horrendum qui meruere ratem.  
Publica te noſtræ res indigit vrbis, honoreis  
Qui tu preſtantes conciliare potes.  
Te ſchola, te templum, te curia poſtulat, error  
Defrue (ſic Dominum poſco) ridere dico.  
Intra te uox, et cultos ſcitiflame turis,  
Et circuſtare, et circumuenire plenus.

NOBIL. ET EGREGIO  
Viro, D. Georgio Söldnero  
Epper. C. primario.

**Q**uæ pro te atq; tuis heic Xenica pango, GEORGI,  
Læc, iurc, tua carmina rursus erunt.  
Et jacto, quid primum rouseam, quò scilicet anno  
Hoc raleas toto membraq; sana geris,  
Crux alios procerum clamosa podagra frequentet,  
Crura per ætatem te meliora gerant.  
Præterea, cum prole tuâ, cum coniuge, fortè,  
Söldnere o, felix experiare bonum.

VIR O ORNATISSI. ET  
Prudeniiss. D. MICHAELI SCHON,  
LEBEN, Praeſe. Salin. Cœf. Soowar.  
& Centum v. Epper.

**E**ntris, Schöniebi, tibi porrigo Xenia: pris  
Ut vias rales tuq; animeq; tue. (num,  
Ende, tuus porrò sors letior occupet ædeis,  
Absit edix ignis, absit & omne malum.  
Dentq; mens totus sal fiat ubiq; Souari,  
Quam penetret fossor, falsa sit omnis humus.

Corollarium

AD LVMDIM.

**C**um turde cedas, ut infelix heic rime exſi  
Naturam exercere, quæcunq; ligatis

PRO RELIQVIS MEIS  
fautoribus & amicis omni-  
bus & singulis.

**E**T vos, dulce m̄cum, Patroni, Amici,  
Quos tempus breue nominatim, honoris  
Causâ, non sinit heic simul figurâ  
Pari scribier, este, quæſo, salui,  
Hunc annum, immò alios agendo vitam  
Multos linquite proſperi, beati.  
Vobis BOCATIVS quod opto amicus.

PRO MEMET IPSO  
AD  
Christum Filium Dei.

**S**ED me, Gnate Dei, quâ vis, hoc rexeris  
anno,  
Aut viuam, aut moriar, sim tamen, ore, tuue.  
Eupis, excedam vitâ, mihi suffice sensus,  
Ne moriens mortem sentiat ægra fides.  
Tiget lapsantem noxâ: ſpem fuggere firmam,  
Dirum adeò Lethi ne metuatur iter.  
Differre velis mea ſita, & viuere porrò,  
Diſciplinam in laudeis omnia, Christe, tuas.  
Partam exornem quam gessero curq; mi-  
nifrem  
Abi, amplificem publica ſorclonâ,

Sunt oneri vires, sunt ventri, vietus amicu<sup>m</sup>,  
Haud ego grande velim, quod mediare, peto.  
Siue domi sim, siue foris, laudabile faxim,  
Nomen honorificum sit mihi, labe vacem.  
Cetera, que melius calles, mihi fidus amicus,  
Optime Christe, scio, meq; tacente, dabis.

F I N I S.



